

Yd  
5863



*F. H. 24, 16*



11.490

IN  
GYMNASII HENNEBERGICI  
FESTO SECVLARI SECVNDO

D. XIII APR. A. C. MDCCCCLXXVII

SCRIPSIT

IO. GEORGIUS ECCIVS A. M

PHILOS. PROFESSOR IN VNIVERSITATE ARTIVM LIPS  
PASTOR ARCAS, SODALIS ACADEMIAE SCIENTIARVM  
MOGVNTINAE, INSTITVTI HISTOR. GOTTINGENSIS  
ET SOCIETATVM LITT. LIPS. IENENS. ET BADENSIS

---

LIPSIÆ  
EX OFFICINA BREITKOPFIA



GYMNASIUM HENNERSBERG

ERSTE BUCHHÄNDLUNG

VERLAG VON C. G. B. ...

1888

M. A. ...

...

...





**E**xtollent alii laudibus inclytis  
Ad summum patriam quisque polum suam,

Laetabuntque placere

Solam prae reliquis sibi.

**L**audabunt celebres Hellada Rhetores,

Vrbis Romuleae moenia Tullius,

Et Siren Venufina

Rus laetabile Tiburis.

**E**ffer liligerum, Francica gens, decus,

Effer Verfaliae delicias tuae:

Et tu, docte Britanne,

Herbosum Thamefin refer.

**M**e quamvis Philyre, percupidum fui,

Dudum docta sacro contineat sinu,

Et ceu mater alumnum

Exornarit honoribus,

**M**aiori tamen ad te rapis impetu,

Semper-dulce solum, vallis amabilis,

Vitae grande dedisti

Quae munus puero mihi.

**T**e noctu mea mens deperit ac die:

Te, non vltima pars Teutonici foli,

Te, Franconia, quis non,

Cum te viderit, ardeat?

**H**ennabergiadum terra, caput leves:

Cui non et pietas cognita, et integra

Mens, candorque tuorum

Ac follertia civium?

**H**orum Daedaleis plurima millia

Telorum manibus cufa minantium

Quae non vidit et vfa est

Europaeque Asiaeque gens?

**N**ec te Pieridum sacra minus tenent:

Pacatis etiam dedita es artibus,

Et foecunda virorum

Clarorum sapientia.

**H**oc, Schleusinga, tibi praecipuum decus,

Quae pridem folitum Gymnafii tui

Non fervas modo florem,

Verum auges etiam indies.

**Q**uot, quam nobilium suaviloquens virum

Doctrina, studiis, ingenio, cohors

Omnes orbis in oras

Ista prodiit e schola!



**E**t me faepe tuo, dulcis io Schola,  
Imberbem memini fedulum in angulo,

Summi dia *Maronis*,

*Flaccique* aurea carmina

**V**olventem, et numeros *Klopstokii* sacros,

Et *Gellerte* tuos, nocte filentii

Plena fundere ocellis

Prae dulcedine lacrimas!

**E**n quondam gremio sepositus tuo,

Nutritusque tuo nectare largiter,

Cultorumque tuorum

Iam non vltimus, en ego,

**D**um lapsi renovas gaudia feculi,  
Iustae laetitiae vocem hodie tui  
Exfultantis alumni  
Festis infero cantibus.

**O** cresce, o cumula secula feculis,  
Ter faustosque dies candidioribus!  
Doctorumque bonorum  
Semper fit tibi copia!

**S**is Troianus equus, sis patriae solum  
Foecundum ingeniis, hortus amabilis,  
Gemma illustris, et istis  
Si quidquam est pretiosius!

---

Yd 5863 FK

ULB Halle  
007 528 744


3



v018

111





11.490

IN  
GYMNASII HENNEBERGICI

FESTO SECVLARI SECVNDO

D. XIII APR. A. C. MDCCCCLXXVII

SCRIPSIT

IO. GEORGIUS ECCIVS A. M

PHILOS. PROFESSOR IN VNIVERSITATE ARTIVM LIPS  
PASTOR ARCAS, SODALIS ACADEMIAE SCIENTIARVM  
MOGVNTINAE, INSTITVTI HISTOR. GOTTINGENSIS  
ET SOCIETATVM LITT. LIPS. IENENS. ET BADENSIS

LIPSIÆ  
EX OFFICINA BREITKOPFIA

